

frumenti n. 1216. Sacerdotes inveniuntur *augur* n. 1203; *sacerdos Iovia Veneria Abellanorum* n. 1207; *Augustalis biselliarius* n. 1217; *magister Augustalium eorumque quaestor* n. 1209, nisi hic titulus Nolanus potius est; denique *cultores Iovis* n. 1216. — Tribum Abellanorum Galeriam fuisse tituli complures infra relati ostendunt.

Inter Abellanos titulos item rettuli repertos in vicis Bajano, Rocca Rajnola, Gargani, quamquam hi quidem fieri potest ut ad Nolam magis pertineant.

Videamus de auctoribus.

I. Abellani tituli in syllogis vetustis nulli inveniuntur. Primi tres innotuerunt per SMETIVM, qui a quo habuerit ignoratur; nam in recensione priore Neapolitana auctores non citat, ab altera autem hi tituli absunt. Collocantur apud eum *alla Rocha iuxta Neapolim*, quo utrum vicinus pagus Rocca Rajnola significetur an aliud quiddam subsit, ignoratur.

H. C. a. 1592 inscriptiones Abellanas feudi dominus Octavius CATANEVS pilis ante domum baronalem in foro publico structis infingendas curavit, ubi eae adhuc prostant. Eodem tempore notarius Andreas BARBA nobilis Abellanus easdem in commentarium rettulit mihi non visum, sed a Puotio et Gervasio adhibitum, quorum ille ait sibi eum exhibitum esse Neapoli ab archimandrita Montis Virginis, hic vidisse se eum Abellae in domo ducali. Eisdem titulos referunt eiusdem fere aetatis auctores Fabius GIORDANVS in historia Neapolitana ms., SIRMONDVS in collectaneis epigraphicis, CAPACCIVS in historia Neapolitana (l. 2 c. 30 p. 896—898 ed. pr. a. 1607), de quorum collectaneis

Nolanis quae mox exponemus, ea ad Abellana eorundem item perveniunt. Capaccium expilavit Iohannes Iacobus GIORDANO in chronicis Montis Virginis (*croniche di Monte Vergine, nelle quali si tratta delle cose più notabili occorse in detto monte. Neapoli 1649*), quae excussit a me rogatus de Petra (cf. n. 1164).

III. Ioh. Baptista VICTORIVS lapidum Abellanorum *εγχειρίδιον* sive fasciculum' conscripsit servatum hodie Parmae in bibliotheca regia (opusc. var. tom. XXXIV foll. 10) dedicatum 'Iosepho Spinellio Fuscaldi et populor. no. metrop.', quem descriptum habui a Bormanno. Eum sub Victorii nomine citat PRATILLIVS (via App. 1745 p. 371. 382). — Eandem syllogen Io. Maria PVOTI d. 27 Oct. 1737 Mazochio transmisit. — Ab eadem pendet REMONDINIUS, qui in historiae ecclesiasticae Nolanae vol. 1 (1747) p. 259—293 etiam Abellanis titulis locum dedit; scilicet quae p. 261 ait accepisse se a Marco MONDIO, sunt ipsa Victoriana, nec de suo multa Remondinius addidit. Remondinium rursus expilavit Ignatius D'ANNA (*Avella illustrata Neapoli 1782. tom. 1. 2*) paucis de suo adiectis.

IV. Nostra aetate paulo postquam haec sylloge primum prodiit GERVASIVS in commentario *intorno all' iscrizione onoraria di Celio Vero* (Neapoli 1852. 4. pp. 74) inscriptiones Abellanas omnes composuit quaeque earum extarent etiam lapide expressit.

Ipse et a. 1845 et a. 1876 Abellam adii lapidesque ibi prostantes descripsi, qui ut plenius quam alibi servarentur, Catanei ante haec tria saecula cura et diligentia effectum est.

1196 [= 1943] rep. in fundo q. d. Cerreto a septentrione Abellae ultra castellum; iam adservata in aedibus Petri del Mastro.

AP · IVNIO · SILANO · P · SILIO · NERVA · COS p. C. 28
k · IANVAR
L · POPPAEV · VRBANVS · APOLLINI · SIGNVM · SACR · SEDEMQ · DIKAVIT

Descripsi et recognovi. Ad meum exemplum edidit Borghesi ann. inst. XXI (1849) p. 26 = opp. 5, 186. Ed. item Gervasio Cael. Ver. p. 27 tab. 4 n. 1.

1197 [= 1964] Abellae in monasterio PP. Minorum ad S. Annuntiatae EGO a. 1845. Frustra quaesivi a. 1876.

I V M E I
I I A N I C
aed I C V L A M
F · I D A S T E
5 C I O R I
i r

Descripsi. Ed. Gervasio Cael. Ver. p. 64 tab. 4 n. 2.

1198 [= 1944] Abellae nuper rep. REMOND.

GERMANICO caes
TI · AVG · F · DIVI aug. n
DIVI · IVLI · PRONepoti
AVGV · COS · II imp. ii p. C. 18

Remondini 1, 267 (ex eo d'Anna 2, 146) datum absurdis supplementis Marci Mondii ita: imp. caes. GERMANIC | divi TI · AVG · F · DIVI | aug. n. DIVI · IVLI · PRON · | AVGV · (sic err. typ. ut vid.) COS · II.

1199 [= 1946] inter Abellanas rettuli propter argumentum. In Cimitile nelle case del convento di S. Francesco di Paola nel luogo detto Capo di Chianca, scoperta dieci anni addietro PROCACC. 1735. Cimitile prope Nolam rep. paulo ante a. 1747, deinde in seminarium Nolanum delata REM. Ibi nunc non extat.

pompeiani

BARBARIVS · POMPEIAN
V · C · CONS · KAMP · CIVITA
TEM · ABELLAM · NVDA · ANTE
5 SOLI · DEFORMITATE · SORDEN
TEM · SILICIBVS · E · MONTIBVS
EXCISIS · NON · E · DIRVTIS
MONVMENTIS · ADVEC
TIS · CONSTERNENDAM
10 ORNANDAMQVE · CVRA
VIT
CVR · · · · · PRO
CVLO · PATRONO · ET · CVR
ABELLANORVM

Procaccelli ms. 1735 eodemque exemplo Como apud Mur. ms. 18, 224, quem propterea omisi. Remondini *storia* 1, 67. 248 (inde Pratilli cons. p. 68), *iscr. del Sem.* n. 5; qui p. 249 commemorat notas Marci Mondii in hunc titulum scriptas. Lupoli iter Ven. p. 15. Gervasio Cael. Ver. p. 56 ait extare, sed refert ex Remondinio. Orelli 3316.

1 om. Proc. Rem. (*iscr.*), POMPEIANI Lup. ex suppl. — 2 BARBARVS Proc. Rem. (*iscr.*) — POMPEIANVS Proc. — 3 CONS] OSNV Proc. — 4 TEM BELLAM NVDA ANTE Rem., TETYBERAM NV DAMVE Proc. — 5 VFORMITATE Proc. — 6 E] ET Proc. — 7—11 EXCISIS ABNEDIBVTIS | MONVMENTIS ASVEC | TIS CONSTRVENDAM | ORNANTAMBVETVR | VII | Proc. — 12 CVRNELIVCRITI IRO | Proc., CVR · NN · · · · · PRO Rem. (*iscr.*), CVRANTE · V · C · TI · PRO Rem. (*stor.*) Lup. ex interpolatione; fuit potius CVRNE · LVCRETIO · PRO. — 13 PATRON Rem. (*iscr.*). — CVRS Proc. — 14 ABELLANORVM · · · Rem. (*stor.*), ABELLIANORVM Rem. (*iscr.*), RAVRELIANORVM Proc.